



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 88. Idem Ladislaum puerum a se demittere compulsus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Imperator demum per Venetias in Sæcul. XV.
 Germaniam rediens, ibidem denuo per- A.C. 1452.
 honorifice exceptus, pluribusque mune-
 ribus honoratus est.

§. LXXXVIII.

*Fridericus Ladislaum puerum a se
 dimittere compulsus.*

Redeuntem ex Italia Cæsarem Hungari
 adeunt, Regem suum Ladislaum pue-
 rum petentes. Hic ipse in Italia sæ-
 pius, licet irritò semper conatu, fugam
 tentaverat. Fridericus enim adeo nobi-
 lem captivum plurimi habens, ejus liber-
 tatem sollicitantes rejecit, hac tamen re-
 pulsa Austriacos tam graviter offendit,
 ut Cæsarem intra novæ Civitatis moenia
 obsiderent. Verum cum juvenem Prin-
 cipem a se ultra detineri haud posse
 videret, hinc Fridericus eidem abeundi
 suorumque regnorum possessionem ad-
 eundi facultatem concessit. Ladislaus
 in libertatem assertus, cum præ ætate
 nondum aptus esset suis regnis admini-
 strandis, alieno arbitrio ea commendavit,
 & quidem Hungariam Hunladi, Bohe-
 miam

beralis erat, ut dicere solet, *etsi decem millia
 quotidie adversus Imperatorem ingrati sint, ta-
 men Imperatori quotidie benefaciendum.*

Sæcul. XV. A.C. 1452. miam Podiebracio, Austriam vero Ulrico Cilliæ Comiti Avunculo suo commisit. Displicuit Cæsari, ejusque fautoribus Cillejensis Comitis administratio, quocirca eum a gubernandi munere removit, causatus, quod Regem quasi in sua potestate habens, cuncta pro arbitrio gereret.

§. LXXXIX.

Papa Ladislai literis pro non impedienda ejus libertate interpellatus.

*Æn. Sylv.
Hist. Boh.
c. 60. & 61.
Europ. c. 22.
Epist. 404.*

Papa Friderici partes tuebatur, nilque intentatum relinquebat, ut eidem Ladislai pueri tutelam denuo assereret, intentatis quoque minis prohibens, nequis hac super re Cæsarem impediret. Verum Viennensis Academiae, quæ tunc temporis Austriacis favebat, sententia decisum est, per appellationem ad futurum Concilium suspendi posse Romani Pontificis mandata. Ipse quoque Ladislaus, suadente Casparo ejus Moderatore, qui ejusdem erat opinionis, ad summum Pontificem literas dedit, his pene verbis:

„ Percepi Sanctitatem tuam adversus
 „ eos, qui pro mea in Austria liberatio-
 „ ne laborant, nonnullos processus de-
 „ creviffe. Precor ut eos revoces; Id
 „ enim erit officii tui, cum scriptum sit,
 „ pupillo & Orphanó adstabis. Id nisi
 „ fece-